LITERÆ
S.MI D. N. GREGORII PP. XV.
IN FAVOREM RECOLECTIONIS SAcri Ordinis Redemptorum Beatæ Mariç de Merçede conceſſæ.

(✱)

AD ISNTANTIAM REVERENDI ADMODVM PAtris Fratris *Didaci à Sancto Paulo totius prædictæ Recolectionis Procuratoris Generalis Appoſtolici in Romana Curia, elargitæ.*





GREGORIVS PP. XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

APOSTOLICI Muneris ſollicitudo, diuina diſpenſatione, nullo licet merito noſtro nobis impoſita poſtulat, vt circa ſtatum Religioſarum perſonarum quarumlibet, illarum præſertim quę ſub ſtrictioris Religionis iugo, gratum Deo famulatum exhibere deſiderant, inuigilantes ad ea, per quæ religioſæ perſonę huiuſmodi in laudabili eorum inſtituto, ſublatis impedimentis quibuslibet perſeuerare valeant, ſedulo intendamus, prout conſpicimus ſalubriter in Domino expedire. Cum itaque ſicut accepimus, inter dilectos filios Fratres Ordinis B.M. de Merçede Redempt. Captiuorum, Calceatos ex vna, ac Fratres eiuſdem Ordinis Congregationis Diſcalceatorũ nuncupatio-

cupatorũ ex altera partibus infraſcripta capitula occaſione ſeparationis, ac totalis diſmẽbrationis Fratrũ Diſcalceatorũ prædictorũ à Fratibus Calceatis huiuſmodi; demdato dilecti filij N. Gaſparis tituli S. Crucis in Hieruſal. Presb. Card. de Borgia nuncupati, eiuſdem Ordinis apud nos, & Apoſtolicam Sedem Protectoris, interuenientibus & aſsiſtentibus dilectis filijs Ioanne de Antillon, vti Vicario Generali, & Prouinciali, ac Procuratore Generali, in Rom. Curia, & Petro de Guzman Procuratore Prouinciæ Caſtellæ eiuſdem Ordinis, nec non Didaco de Sancto Paulo eiuſdem Congregationis Procuratore Generali inita fuerint thenoris ſub ſequentis, videlicet. IN PRIMIS ſtatuitur, quod ſupplicetur ſuę Sanctitati nomine partium ſupradictarũ, vt pro hac vice dumtaxat dignetur nominare vnum Vicarium Generalem Recolectum, qui habeat eandem authoritatem, iuriſdictionem, præeminentiã, & ſuperioritatem ſuper omnes Recolectos, illiuſq; Monaſteria vtriuſq; ſexus, quã habet Reuerẽdiſsimus Generalis ſuper totãReligionẽCalceatorũ, & qui ſimiliter poſsit nominare Prouinciales Diffinitores, & Electores, ac Procuratores Generales Prouinciarum Caſtellæ Bethicæ, ac Siciliæ pro hac vice tantum, & aſsignare locum in quo ſit calebrandum Capitulum Generale futurum, ac diuidere, & nominare Prouincias. Item, quod Vicarius Generalis Appoſtolicus gubernet Recollectionẽ vti ſupremum caput, à die notificationis Bullę, ſeu motus proprij emãdandi in confirmationem horum Capitulorum, vſque ad primum Capitulum Generale celebrandum in die Penthecoſtes anni proximè venturi M. DC. XXII. in quo poterit reeligi ſi ſic beneviſſum fuerit conuenire Recolectioni. Item, quod à die Penthecoſtes anni M. DC. XXII. in poſtorum futuris perpetuo temporibus quolibet ſexennio debeat celebrari Capitulum Generale Recolectionis in die Penthecoſtes; ſeruando in omnibus Ordinem, qui ſeruatura à Patribus Calceatis, interinm quod non fiant conſtitutiones à Diſcalceatis. Item, quod vox tã actiua, quam paſsiua pro electione huiuſmodi Vicarij Generalis ſolum competat Religioſis Recolectis, abſque eo quod Patres Calceati, & eorum Reuerendiſsimus Generalis poſsint modo aliquo concurrere, neque interuenire in illa, neque in alijs actibus Capitularibus. Item, quod Vicarius Generalis Appoſtolicus eligat in qualibet Prouincia vnum Procuratorem Generalem, & quatuor Deffinitores, ad quos pertineat vna cum Procuratore Generali Ro. Curiæ electio futuri Vicarij Generalis, qui debeat præſsidere, vel nominare præſsidentem in omnibus Capitulis. Item, quod ſi contigerit Vicarium Generalem Appoſtolicum ex hac vita migrare ante nominationem Pouincialium in tali caſſu ſuccedat in officio eiuſdem Vicarij Generalis, Commiſſarius qui fuerit Bethicæ, & in illius deffectum Commendator, qui tunc temporis erit Monaſteriij S. Barbaræ Oppidi Madriti; & eo non exiſtente Commendator Recolectus Ciuit Hiſpalens, & in deffectum talis Commendatoris, ille qui fuerit Monaſterij nuncupati de Sanlucar de Barrameda, quod ſi talis mors eueniat facta iam nominatione Prouincialium, tunc temporis ſuccedat in dicto officio Vicarij Generalis, Prouincialis eiuſdem Prouinciæ, cuius erat Vicarius Generalis, & eo defficiente Vicarius Prouincialis, & illo non exiſtente Diffinitor Antiquior eiuſdem Prouincię. Item, quod Reuerendiſsimus Generalis, & Patres Prouinciales Calceati, renuntiant omni meliori modo de iure locum habenti, iudiſdictioni, poteſtati, ſuperioritati, & præeminentiæ illis quomodolibet ſpectantibus, vel quæ in futurum quomodolibet potuerint expectare, vel pertinere ſuper Recolectionem, illius quæ Monaſteria vtriuſque ſexus. Item, quod ſimiliter renuntiant actioni interueniendi Capitulis Generalibus, & Prouincialibus Diſcalciatorum, in quibus nullus Calceatus poſsit interuenire, nec modo aliquo vocem habere. Item, quod ſimiliter Patres Calceati renuntiant omni ſuperioritati, iuriſdictioni, electioni, & actioni quomodolibet competentibus illis, vel pro tempore competituris ad obtinendas prælationes in Monaſterijs Religioſorum Recolectionis vtriuſque ſexus, nunc & pro tempore exiſtentibus; excepto Monaſterio Monialium Recolectarum Oppidi Madritij, quia hoc Monaſterium debet remanere ſub eadem obedientia, ſub qua modo militat. Item, quod Patres Recolecti non poſsint aſsiſtere Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus Calceatorum, neque in illis habere vocem, ſiuè actiuè, ſiuè paſsiuè; & quoad hunc articulum renuntiant omni actioni, & iuri nunc, vel pro tempore quomodolibet eis competenti. Item, quod ſimiliter renuntiant, & abdicant à ſe quamcumque prætenſionem, actionem, vel ius, quæ nunc habent, & pro tempore quomodolibet habere, vel prætendere poſſunt ad obtinendas prælationes in Monaſterijs Calceatorum vtriuſque ſexus, illis, vel illius Prouincijs huc vſque annexis. Item, pro quanto Recolectio rationabiliter veretur ne tempus obliuioni mandet tot beneficia accepta à dicta Religione Calcealtorum eius matre, ſtatuitur quod Vicarius Generalis Recolectus infra tres menſes à die ſuæ electionis reneatur illam pręſentare Reuerendiſsimo Generali Ordinis, qui (ſi fuerit Canonica) neceſſariè illam confirmet, & hęc ſola præeminentia reſeruatur Reuerendiſsimo Generali ſuper

Recolc-

Recolectionem : quod si facere recuset intra quindecim dies ab illius presentatione, Recolectio accedat, & recursum habeat pro illius confirmatione ad Nuncium suæ Sanctitatis in Regnis Hispaniarum commorantem. Item, ob paucitatem suffragiorum, quę pro nunc in Capit. Generali vocem habebunt, statuitur quod Procuratores Prouinciales cuiuscumque Prouincię Discalceatorum in electione Vicarij Generalis habeant vocem actiuam, sicut Diffinitores Capituli Generalis. Item, quod ministerium Redemptionis solum spectet Religiosis Calceatis, & quod Patres Recolecti non se intromittant in recipiendis legatis á Christi fidelibus relictis ad dictum effectum, nec possint petere in suis Monasterijs, nec extra pro Redimendis Captiuis, nec habere cippos, nec capsas, nec aliquid aliud pro eleemosina petenda hac de causa; quia totum hoc debet mandari curę, & sollicitudini Patrum Calceatorum dumtaxat, sicut vsque nunc fuit in consuetudine : & ad tollendos scrupulos, & sedandas consciencias statuitur, quod nomine partium fiat instantia Sanctissimo Domino nostro quatenus dignetur declarare, Religiosos Recolectionis liberos, & deobligatos esse ab executione quarti voti : & similiter prædictarum partium nomine eidem Sanctissimo supplicetur, quatenus etiam dignetur communicare, & concedere Recolectioni omnia Indulta, & Priuilegia, quę huc vsque in fauorem Religionis Calceatorum à Sede Appostolica emanarunt, & in posterum emanabunt, etiam illa, que intuitu Redemptionis eidem Religioni sunt concessa; taliter, quod talis extensio dumtaxat fiat quantum ad fructus spirituales nullum reseruando, & non quantum ad ius administrandi dictam Redemptionem, & percipiendi fructus, eleemosinas, & alia ad eam quomodolibet spectantia, nam quantu mad hoc in perpetuum exclusi, & priuati manebunt. Item, quod omnia decreta, & Bullæ Appostolicæ, in fauorem Recolectionis concessa ad impleantur de verbo ad verbum, dummodo in totum, vel in parte non contraueniant his prȩsentibus Capitulis. Item, quod Vicarius Generalis Recolectionis à sua Sanctitate electus, statim quod fuerit à Notario Appostolico requisitus cum Breui Appostolico teneatur exercere suum officium primitus, & ante omnia iurandi ad implere in omnibus hæc capitula, & quodcumque illorum: & contrarium faciendo, gratia Sanctissimi sit, & intelligatur nullius valoris. Item, quod concordia debeat tam à Religiosis Calceatis, quam Discalceatis, in suis primis Capitulis Generalibus respectiuè ratificari, & quod si quælibet ex partibus huic concordię contrauenerit in toto, vel in parte, vel illam non ratificauerit, videatur amittere ius, quod habebat contra aliam, & similiter incurrere in pœnam viginti mille ducatorum applicandorum alteri parti. Item, quod vnanimiter ab vtraque parte supplicetur suæ Sanctitati, dignetur approbare, & confirmare hanc concordiam, per viam motus proprij, vel alio meliori modo sibi benè viso, vt in toto finis imponatur litibus inter dictos Religiosos pendentibus. Item, quod supradicta Capitula, & Conuentiones ad maius robur, & vim illorum à Procuratoribus Generalibus Calceatorum, & Discalceatorum prędictæ Religionis suis nominibus subscribi, & firmari debeant. ✠ NOS fœlici eiusdem cōgregationis regimini, & gubernio, quantū cum Domino possumus consulere volentes, de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, negocijs regularium præpositorum, consilio: motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, omnia, & singula Capitula prædicta, & in eis contenta quęcumque : CITRA TAMEN DISPENSATIONEM SVPER QVARTO VOTO HVIVSMODI. Appostolica authoritate thenore prȩsentium perpetuo approbamus, & confirmamus; illis que inuiolabilis Appostolicę firmitatis robur adijcimus, atque omnes, & singulos, tam iuris, quam facti deffectus; (si qui de super quomodolibet interuenerint) supplemus. Insuper pro hac vice tantum dilectum filium IOANNEM DE SACTO IOSEPHO, aliàs MAROTO, eiusdem congregationis professorem, in eiusdem Congregationis Vicarium Generalem, cum omnibus, & singulis Priuilegijs, authoritatibus, gratijs, facultatibus, & indultis; ac aliàs modo & forma supradictis, authoritate, & tenore prędictis facimus, constituimus, & deputamus. Decernentes præsentes literas semper & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore; suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: Dictæque Congregationi, & illius Professoribus in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, & causarum Palatij Appostolici auditores vbique iudicari, & deffiniri debere; ac irritum & inane quidquid secus super his, à quoquam, qua vis authoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Quo circa Venerabilibus fratribus nostris Alexandro Patriarchæ Alexandrino Moderno, & pro tempore existenti, nostro, & Sedis Appostolicæ in regnis Hispaniarum Nuncio; ac Archiepiscopis, & Episcopis, in quorum Diœcesibus Domus, Monasteria, & alia eorundem fratrum Discalceatorum Regularia loca erecta, & instituta sunt, ac pro tempore erigi, & institui contingerit per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum

per se,

per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorundem fratrum Discalceatorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis deffensionis præsidio assistentes faciant, authoritate nostra fratres Discalceatos prædictos, præmissorum omnium, & singulorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper à quoquam quomodolibet indebite molestari: contradictores quoslibet, & rebelles, ac premissis non parentes, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo; inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus fœlicis recordationis Bonifacij PP. VIII. predecessoris nostri, de vna, & in Concilio Generali edita, deduabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis authoritate præsentiū ad iudicium non trahatur; alijsque quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & cōsuetudinibus; Priuilegijs quoque, Indultis, & literis Appostolicis, eidem Ordini, illiusque Ministro Generali; ac quibusvis alijs superioribus, & personis, sub quibuscumque thenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis incontrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis; quibus omnibus, & singulis eorum omnium thenoribus, præsentibus pro plene, & sufficienter expræssis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus; cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impræssis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sygillo alicuius personæ indignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ ipsis presentibus haberetur si forent exhibite, vel ostensæ. Dat. Romę apud S. Petrum Sub annullo Piscatoris, die XXVI. Nouembris M.DC.XXI. Pontificatus nostri anno primo.

S. Card. S. Susannæ.

Yo Mateo Tellez de Ortegano escriu.o not.o pu.co por las aud.s app.cas deste arçobpdo *doy fee, y verdadero testimonio, que estas letras Apostolicas estan bien, fielmente, y a la letra sacadas de las originales, escritas en pergamino, selladas con el Sello del Pescador, las quales no estan viciadas, borradas, o maltratadas, ni sospechosas en todo, o en parte: y quedan en poder del Padre Fray* Juan de San Joseph Vicario General *a cuyo pedimiento di este firmado de mi nombre, signado con mi signo. Que es fecho en esta Ciudad de Seuilla, en* seis *dias del mes de* Junio *de mil y seyscientos y veynte y dos años.*

Effice mi signo en testim.o de verdad
Mateo Tellez de Ortegano